Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

admitterent. scilicet crimen ydolatrie.
& in tanto crimine. euidenti iusticia
ag. puniretur. & tamen hoc fuit scelus eo-
rum. ut deus nollet aliter placari.
nisi ut finees eum placauit. qui mas-
culum & feminam coeuntes. pariter
interemit. non odio eorum. sed zelo-
dei. quo facto. populum cuius maior in-
teritus futurus erat liberauit. Vnde
ca. sequitur. Et stetit phinees. Stetit
solida mente. ut in generali perturbati-
one. ipse solus confidentiam depreca-
tionis assumeret. & placauit. Vel
exorauit. Posset dixisse & mechan-
tes transfixit. sed melius dixit exorauit
quia transfixio mechantium zelo dei
facta. magis dicenda est oratio. quam
operatio. quia qui bene agit orat. et
ag.. sic cessauit quassatio. Breuiter to-
tum dixit. quia non docet hic nesci-
entes. sed commemorat scientes. Que
autem hic posita est quassatio supra
dicta est confractio. id est plaga populi.
Sequitur. Et reputatum est ei in
iusticiam. in generatione & genera-
ag. tionem. Et reputatum est. Deus scilicet
qui nouit quanta caritate populi id fa-
ctum sit reputauit hoc sacerdoti
suo in iusticiam. non solum in ge-
neratione & generationem. id est
quamdiu generatio est. sed usque in
sempiternum. Et irritauerunt
eum ad aquas contradictionis.
& uexatus est moyses propter eos.
quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis. Non
disperdiderunt gentes quas dixit
dominus illis. Et commixti sunt inter
gentes. & didicerunt opera eorum
& seruierunt sculptilibus eorum.
& factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos
& filias suas demoniis. Et ef-
fuderunt sanguinem innocen-
tem. sanguinem filiorum suorum. &
filiarum suarum. quas sacrificaue-
runt sculptilibus chanaan. Et
irritauerunt. Quinta pars. ubi agit ag.
de aqua contradictionis. & de im-
molatione filiorum. Vnde uehemen-
tius iratus deus. & tamen postea
misertus; quasi dicat. ita irritauerunt in
ad inuentionibus suis ut supra dic-
tum est. Et iterum irritauerunt eum
id est ad iram prouocauerunt. ad aquas
contradictionis. & uexatus est mo-
yses propter eos. id est mente turbatus.
ut hesitaret. & hoc quia exacerbaue-
runt spiritum eius. quia nimia impor- ca.
tunitate populi succensus. diffidentie
excrepuit dicens. Numquid de pe-
tra hac poterimus uobis aquam
eicere. Et ideo quia exacerba-
uerunt eum distinxit. hoc mira- ca
culum a priori constancia. quam
habuit in aliis miraculis. in labiis
suis. Hoc enim ambigue dixit. & ca
omnia alia certa fide promiserat pro-
batus namque murmure populi infi- ag
delis. non tenuit fiduciam qualem
debuit. quasi hoc non posset deus
facere. qui tanta iam fecerat. Du-
bitanter namque petram percussit. qui
in aliis non dubitauerat. De hoc ag
autem hac sola pena correptus est.
quod non intrauit terram illam. non
tamen alienatus est a regno gratie
dei. Illi autem de quorum iniquitati- ag.
bus. loquitur iste psalmus. cum in-
trassent in terram promissam. non dis-
perdiderunt gentes quas dixit dominus
illis. scilicet septem illos populos. qui
terram promissionis possidebant.
Et commixti sunt inter gentes.
ne hoc fieret. Preceperat eos deus occi- ca
di. & didicerunt opera eorum & ser-
uierunt sculptilibus eorum. et ita
factum est illis in scandalum. hoc ag